


15-8

B R E V E
DE NUESTRO MUY SANTO PADRE
P I O V I.

EXPEDIDO A INSTANCIA DE S. M.
POR EL QUAL SU SANTIDAD
PROROGA POR OTROS SIETE AÑOS
EL VICARIATO GENERAL
DE LOS REALES EJERCITOS Y ARMADA,
con las facultades que le están con-
cedidas.



EN MADRID:
EN LA OFICINA DE D. PLACIDO BARCO LOPEZ.

B R E V E

DE NUESTRO MUY SANTO PADRE

P A P A N O

EXPIDIDO A INSTANCIA DE S. M.

POR EL QUAL SU SANTIDAD

PROROGA POR OTROS SIETE AÑOS

EL VICEREINATO GENERAL

DE LOS REALES EJERCITOS Y ARMADA

CON LAS FACULTADES QUE LE ESTAN CON-

cedidas.



1790

AÑO

EN MADRID:

EN LA OFICINA DE D. FRANCISCO BARCO TORRES

PIUS PAPA VI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Cum in Exercitibus clarae memoriae CAROLI, dum vixit, Hispaniarum Regis Catholici multa saepe contingere possint, in quibus pro recta Sacramentorum administratione, salubrique directione, et cura animarum illorum, qui in Castris degunt, et versantur: necnon pro cognoscendis, et decidendis inter eos causis, et controversiis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, opera, et industria unius, vel plurium Personarum Ecclesiasticarum opus sit, quippe quia non facile ad proprios Parochos, et Locorum Ordinarios, aut ad Nos, et Sedem Apostolicam recursus haberi valeat; hinc aliàs felicis recordationis CLEMENS Papa XIII Praedecessor noster



PIO VI PAPA

PARA FUTURA MEMORIA.

Como en los Exércitos de CARLOS, Rey Católico que fué mientras vivió de España, de esclarecida memoria, por los muchos casos que pueden ocurrir frecuentemente, es necesario el ministerio y asistencia de una ó mas personas Eclesiásticas, que cuiden, así de la debida administracion de los Sacramentos, y saludable direccion de las almas de los que están sirviendo en las Tropas, ó las siguen de continuo, como tambien de tomar conocimiento de las causas, y controversias pertenecientes al fuero Eclesiástico, que suelen ocurrir entre ellos, por causa de que no pueden facilmente acudir á sus propios Párrocos, ni á los Ordinarios Locales, ni á Nos, ó á la Silla Apostólica, y asimismo de decidirlas: por tanto antes

2
ad supplicationem ipsius
CAROLI Regis per quasdam
suas, in simili forma
Brevis, die X Martii
MDCCLXII expeditas Li-
teras tunc existenti Patriar-
chae Indiarum, qui deinceps
Cappellanus Major, sive Vi-
carius Exercituum ejusdem
CAROLI Regis esse deberet
nonnulla indulta, privilegia,
et facultates Ecclesiasticas,
et spirituales, quibus erga
Milites, Militares, aliasque
Personas ad Militiam, et
Exercitus praedictos spe-
ctantes uti valeret, ad
septennium a data earum-
dem Literarum ipsius CLE-
MENTIS Praedecessoris com-
putandum, sub certis modo
et forma tunc expressis,
concessit, et indulgit, ac
alias, prout in iisdem Li-
teris uberius continetur.

II Postmodum vero cum
circa hujusmodi facultates

de ahora el Papa CLEMENTE
XIII de feliz memoria Pre-
decesor nuestro, á ruego del
sobredicho Rey CARLOS por
sus Letras expedidas en igual
forma de Breve, á 10 de
Marzo de 1762 concedió,
de cierto modo y forma que
entonces se expresó, al que
en aquel tiempo era Pa-
triarca de las Indias, y al
que en adelante lo fuese,
el qual en lo succesivo hu-
biese de ser Capellan Ma-
yor ó Vicario de los Exér-
citos del referido Rey CAR-
LOS, varios indultos, privi-
legios y facultades Eclesiás-
ticas, y espirituales, de los
quales pudiese usar, y las
quales pudiese exercer con
los Soldados, Militares y
demas personas de las Tro-
pas y Exércitos arriba di-
chos; cuya concesion había
de durar por siete años, que
se habían de contar desde
la fecha de las menciona-
das Letras del enuncia-
do CLEMENTE, Predecesor
nuestro, como mas por
extenso se contiene en di-
chas Letras.

2 Habiéndose suscitado
posteriormente algunas con-



Ecclesiasticas eidem Patriarchae Cappellano Majori, sive Vicario Exercituum concessas inter ipsum, et venerabiles Fratres Archiepiscopos, Episcopos, seu dilectos filios alios Locorum Ordinarios in Hispaniarum Regnis existentes nonnullae ortae essent controversiae, excitata dubia super dictarum Literarum ipsius CLEMENTIS Praedecessoris interpretatione, atque intelligentia, ut controversiae et dubia hujusmodi penitus extinguerentur, et tollerentur, idem CLEMENS Praedecessor ad supplicationem ipsius CAROLI Regis per alias suas pariter in simili forma Brevis die XIV Martii MDCCLXIV expeditas Literas proposita dubia, et quaestiones hujusmodi declaravit, et definivit.

III Ac deinde cum septem anni, ad quos praedicta indulta, privilegia, et facultates eidem Patriarchae Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi concessa fuerant, versus finem vergerent, ipse vero CAROLUS Rex easdem faculta-

3
troversias y dudas acerca de dichas facultades Eclesiásticas, concedidas al referido Patriarca Capellan Mayor, ó Vicario de los Exércitos, entre él y nuestros venerables Hermanos los Arzobispos, y Obispos, ó los amados Hijos otros Ordinarios Locales de España sobre la interpretacion, é inteligencia de las mencionadas Letras del referido CLEMENTE Predecesor nuestro, éste á fin de que se extinguiesen, y acabasen enteramente dichas controversias y dudas, á ruego del mismo Rey CARLOS por otras Letras suyas, expedidas tambien en igual forma de Breve, á 14 de Marzo de 1764, declaró y decidió las dudas y controversias, que se habían suscitado, como va dicho.

3
Despues, estando ya para acabarse los siete años, por los cuales habían sido concedidos al enunciado Patriarca Capellan Mayor, ó Vicario de los sobredichos Exércitos, los mencionados indultos, privilegios, y facultades; y deseando en gran manera el dicho Rey CARLOS,

tes, privilegia, et indul-
 ta, juxta secundo dicta-
 rum memorati CLEMENTIS
 Praedecessoris Literarum
 formam, et dispositionem
 intelligenda, et interpre-
 tanda ad aliud septennium
 iterum concedi plurimum
 desideraret, idem CLEMENS
 Praedecessor supplicationi-
 bus ipsius CAROLI Regis no-
 mine super hoc ei humili-
 ter porrectis inclinatus,
 secundo dictas suas Lite-
 ras die XIV Martii
 MDCCLXIV, ut praefer-
 tur expeditas, ac quas-
 cumque declarationes, et
 concessiones, omnia-
 que in eis contenta, atque
 disposita confirmando, et
 innovando, earumque exe-
 cutionem praecipiendo, et
 demandando, hujusmodi in-
 dulta, facultates, et pri-
 vilegia, quae juxta earun-
 dem secundo dictarum Li-
 terarum tenorem intelligi,
 ac interpretari deberent ad
 aliud septennium, a fine
 dictorum septem annorum
 ab ipso CLEMENTE Praede-
 cessore concessorum com-
 putandum, pro tempore
 existenti Patriarchae In-

que estas, y aquellos se con-
 cediesen de nuevo por otros
 siete años, y que se hubiesen
 de entender, é interpretar
 segun la forma y tenor de
 las enunciadas segundas Le-
 tras del referido CLEMENTE,
 Predecesor nuestro, éste
 condescendiendo á las súpli-
 cas que le fueron hechas hu-
 mildemente sobre esto en
 nombre del enunciado Rey
 CARLOS, confirmando, é in-
 novando las sobredichas se-
 gundas Letras suyas, expedi-
 das á 14 de Marzo de 1764,
 como va dicho, y qua-
 lesquiera declaraciones,
 concesiones, y demas cosas
 contenidas, y ordenadas en
 ellas, y mandando y encar-
 gando su execucion, conce-
 dió al que en qualquier tiem-
 po fuese Patriarca de las In-
 dias, por otros siete años que
 se habían de contar desde
 que se concluyesen los di-
 chos siete años, concedidos
 por el dicho CLEMENTE Pre-
 decesor nuestro, las mismas
 facultades, privilegios, é in-
 dultos, los quales y las qua-
 les se hubiesen de entender
 é interpretar segun el tenor
 de las mencionadas sus segun-



diarum impertitus fuit, et aliàs, prout in ipsius CLEMENTIS Praedecessoris Literis die XXVII Augusti MDCCLXVIII desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum pariter tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

IV Ac insuper cum septennium hujusmodi esset brevi expiraturum, indulta, facultates, et privilegia hujusmodi, necdum ad formam dictarum CLEMENTIS Praedecessoris Literarum, sed etiam nonnullis adjectis declarationibus, et ampliationibus supplicationibusque ipsius CAROLI Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem pro tempore existenti Patriarchae Indiarum semel, ac iterum ad septem respective annos prorogata, seu de novo concessa fuere, prout in nostris Literis VI Octobris MDCCLXXV et XXI Januarii MDCCLXXXIII desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum pariter te-

das Letras, con otras cosas, como mas por extenso se contiene en las Letras del enunciado CLEMENTE Predecesor nuestro, expedidas sobre esto, en igual forma de Breve, á 27 de Agosto de 1768, cuyo tenor queremos que se tenga por expresado en las presentes.

4 Y ademas de esto, mediante que estaban para concluirse en breve los dichos siete años, condescendiendo Nos con la rendida súplica que sobre esto se nos había hecho en nombre del mencionado Rey CARLOS, tuvimos á bien prorogar en dos distintas ocasiones, por siete años cada vez, ó conceder de nuevo al que en qualquier tiempo fuese Patriarca de las Indias, los enunciados indultos, facultades, y privilegios, no solo segun la forma de las citadas Letras de CLEMENTE Predecesor nuestro, sino tambien añadir algunas declaraciones, y ampliaciones, segun mas por extenso se contiene en nuestras Letras expedidas sobre ello, en igual forma de Breve, en 6 de Octubre

nones praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

V Nuper autem carissimi in Christo Filii nostri CAROLI Hispaniarum Regis Catholici nomine Nobis expositum fuit, quod cum septem anni, ad quos aliàs indulta, privilegia, et facultates hujusmodi ultimo loco fuerunt concessa, vel expirati, vel brevi expiraturi sint, idem vero CAROLUS Rex facultates, privilegia, et indulta praedicta cum eisdem declarationibus, et ampliacionibus ad aliud septenium eidem Patriarchae Cappellano Majori concedi, seu prorogari plurimum desideret. Nos igitur eiusdem CAROLI Regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, moderno, et pro tempore existenti Patriarchae Indiarum Cappellano Majori infrascriptas facultates, non solum juxta

de 1775, y 21 de Enero de 1783, cuyos tenores queremos asimismo que se tengan por expresados en las presentes.

5 Y por quanto poco há Nos ha sido expuesto, en nombre de nuestro muy amado en Christo Hijo CARLOS Rey Católico de España, que los siete años por los quales fueron concedidos ántes de ahora la última vez, los mencionados indultos, privilegios, y facultades se han acabado ya, ó se acabarán muy pronto, y que el mismo Rey CARLOS desea en gran manera, que Nos proroguemos ó concedamos las sobredichas facultades, indultos, y privilegios con las enunciadas declaraciones y ampliaciones por otros siete años al dicho Patriarca Capellan mayor. Por tanto Nos queriendo condescender, en quanto podemos en el Señor, con los deseos del enunciado Rey CARLOS, y á las súplicas que Nos han sido hechas humildemente en su nombre sobre esto, con la autoridad Apostólica, por el tenor de las presentes, concedemos, y damos por



tenorem, et formam secun-
do dictarum Literarum me-
morati CLEMENTIS Prae-
decessoris quibus intelligendas,
sed etiam juxta sequentes
declarationes, et amplia-
tiones interpretandas, et
exequendas per se, vel
alium, seu alias personas
in Ecclesiastica dignitate
constitutas, sive alios Sa-
cerdotes probos, et ido-
neos per se ipsum Cappel-
lanum Majorem, seu Vi-
carium Exercituum hujus-
modi praevio diligenti, et
rigoroso examine repertos,
et approbatos (quatenus ab
aliquo suo Ordinario appro-
bati non essent) et ab eo-
dem Cappellano Majori Su-
bdelegandos.

7
otros siete años que han de
empezar á correr desde que
se acabe el último septenio
concedido por Nos, á bene-
plácito nuestro, y de la Sede
Apostólica, al actual, y al
que en adelante fuere Pa-
triarca de las Indias, Cape-
llan mayor las facultades,
que aquí adelante se dirán,
las quales, no solo se han de
entender segun la forma y
tenor de las sobredichas se-
gundas Letras del enuncia-
do CLEMENTE Predecesor
nuestro, sino que se han de
interpretar segun las decla-
raciones y ampliaciones que
adelante se expresarán; y
las ha de exercer el dicho
Patriarca por sí mismo, ó
por otra, ú otras personas
constituidas en Dignidad
Eclesiástica, ó por otros Sa-
cerdotes de probidad, é idó-
neos, que han de ser halla-
dos tales, y aprobados por el
mismo Capellan mayor, ó Vi-
cario de los sobredichos Exér-
citos, mediante un diligente
y riguroso exámen (en caso
de que no estuviesen aproba-
dos por su respectivo Ordi-
nario) á quienes ha de nom-
brar por Subdelegados su-

VI Quae sanè facultates usque adhuc erga milites, aliasque utriusque sexus Personas ad dictos Exercitus (comprehensis etiam Copiis Auxiliaribus quomodolibet spectantes, juxta disposita a memorato CLEMENTE Praedecessore in suis Literis praefatis exerceri poterant, et quas modo Nos erga personas omnes pariter utriusque sexus, tum Militares, cum quocumque modo ad Exercitus praefatos pertinentes, eisque addictas per praesentes extendimus, et ampliamus; ita, ut in posterum liceat, nunc, et pro tempore existenti Vicario Generali eorumdem Exercituum, absque ullo conscientiae scrupulo, ac tuta conscientia declarare, quae, et quales debeant esse Personae huiusmodi, et quibus ipsae frui, ac potiri valeant privilegiis, et facultatibus per praesentes concessis, videlicet.

VII Administrandi omnia Ecclesiae Sacra-

yosel dicho Capellan mayor.

6 Las quales enunciadadas facultades hasta el presente, segun lo dispuesto por el mencionado CLEMENTE Predecesor nuestro en dichas sus Letras, se exercían con los Soldados, y otras personas de ambos sexos, que de qualquier modo pertenecen á dichos Exércitos, comprehendidas tambien las Tropas auxiliars; y Nos ahora por las presentes las extendemos y ampliamos para que se exerzan con qualquiera personas de ambos sexos, así las Militares, como las que de qualquier modo pertenezcan á los sobredichos Exércitos, ó estén adictas á ellos; de suerte que en lo sucesivo le sea lícito al actual Vicario general de los sobredichos Exércitos, y al que en adelante lo fuere, sin ningun escrúpulo de conciencia, y tuta conscientia declarar las personas que hayan de gozar de los privilegios y facultades que se conceden por las presentes, que son, es á saber.

7 La de administrar todos los Sacramentos de la



menta , etiam ea , quae non nisi per Parochialium Ecclesiarum Rectores administrari consueverunt, praeter Confirmationem , et Ordines , si ipse subdelegatus , vel subdelegandus Episcopali charactere insignitus non fuerit , vel Cappellanus Major praefatus per se ipsum dicta Sacramenta Confirmationis, et Ordinum administrare non possit , reliquasque functiones , et omnia Parochialia obeundi.

VIII Absolvendi ab Haeresi , Apostasia a Fide , et Schismate intra Italiam quidem , et Insulas adjacentes , illos tantum, qui in eis locis ubi haeresis impune grassatur, nati sint , nec umquam errores judicialiter abjuraverint , vel Sanctae Romanae Ecclesiae reconciliati fuerint : extra Italiam vero , dictasque Insulas adjacentes quoscunque , etiam Ecclesiasticos, tam Saeculares , quam Regulares eadem Castra sequentes , non tamen eos, qui ex illis Locis fuerint,

9
Iglesia , aunque sean los que no se acostumbra administrar por otras personas que por los Curas Párrocos, á excepcion de la Confirmacion , y de los Ordenes , si el que es , ó fuere subdelegado no fuese Obispo , ó el dicho Capellan mayor no pudiese administrar dichos Sacramentos de la Confirmacion , y Ordenes por sí mismo , y la de exercer todas las demas funciones Parroquiales.

8 La de absolver de la Heregía , Apostasia de la Fe , y Cisma , es á saber, dentro de Italia , y de sus Islas adyacentes , solo á los que hayan nacido en los parages en donde es permitida libremente la Heregía , y esto si no han abjurado judicialmente sus errores, ni se han reconciliado con la Iglesia ; y fuera de Italia y dichas Islas adyacentes , á qualesquiera personas , aunque sean Eclesiásticas , así Seculares, como Regulares , que sigan dichas Tropas , exceptuados los naturales de aquellos pa-

in quibus viget Officium Inquisitionis adversus haereticam pravitatem, nisi inibi deliquerint, ubi haeresis impune grassatur, neque etiam illos, qui errores judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint ubi similiter grassatur haeresis, et post judicialem abjurationem illuc reversi in haeresim fuerint relapsi, et hoc in Foro conscientiae dumtaxat.

IX Absolvendi quoque a quibusvis excessibus, et delictis, quantumcumque gravibus, et enormibus etiam in casibus Nobis, et eidem Sedi Apostolicae specialiter reservatis.

X Retinendi extra Italiam, et Insulas adjacentes solummodo, et legendi (non tamen aliis similem licentiam concedendi) Libros prohibitos Haereticorum, vel Infidelium de eorum religione tractantes, et alios quoscumque ad effectum eos impugnandi et Haereticos, ac Infideles in Castris

rages, en donde hay Oficio de la Inquisicion contra la Herética pravedad; á no ser que hayan caido en la Heregía en parage en donde esta es permitida libremente; y exceptuados tambien los que hayan abjurado judicialmente sus errores, á no ser que hayan nacido en parages en donde la Heregía es permitida libremente, y habiendo vuelto á su Pais, despues de haber abjurado judicialmente, hayan recaido en la Heregía, y esto solamente en el fuero de la conciencia.

9 La de absolver tambien de qualesquiera excesos, y delitos, por graves, y enormes que fueren, aunque sea en los casos reservados especialmente á Nos, y á la Santa Sede Apostólica.

10 La de retener, y leer solamente fuera de Italia, y de sus Islas adyacentes, (pero no la de conceder á otros semejante licencia) los Libros prohibidos de los Hereges, é Infieles que tratan de su religion, y qualesquiera otros, á efecto de impugnarlos, y de convertir á la Fe Católica á los Hereges, é In-



*forte degentes ad ortho-
xam fidem convertendi (ex-
ceptis tamen operibus Ca-
roli Molinei, Nicolai Ma-
chiavelli, et libris de A-
strologia judiciaria tractan-
tibus) ac ita ut dicti Li-
bri prohibiti ex Provin-
ciis, in quibus haereses
impune grassantur, mini-
me efferantur.*

XI *Celebrandi Missam
una hora ante Auroram,
et alia post Meridiem, et
si cogat necessitas etiam
extra Ecclesias, sub diu,
vel sub terra, et gravi
omnino urgente necessitate,
etiam bis in die, si ta-
men Sacerdos in priori
Missa abluitionem non
sumpserit, ac jejunos fue-
rit, necnon super Altari
portatili etiam non inte-
gro, seu diffracto, aut
laeso, et sine Sanctorum
reliquiis; ac demum si
aliter celebrari non possit,
et absit periculum sacri-
legii, scandali, et irreve-
rentiae, etiam praesentibus
haereticis, aliisque excom-
municatis, dummodo inser-
viens Missae non sit haereti-
cus, vel excommunicatus.*

fieles, que acaso hubiere en las Tropas (exceptuadas las obras de *Cárlos du Moulin, Nicolas Machiavelo*, y los Libros que tratan de Astrología judiciaria) bien entendido que dichos Libros prohibidos no se podrán sacar de las Provincias en donde la Heregía es permitida libremente.

II La de decir Misa una hora ántes de la Auro-
ra, y una hora despues de medio dia, y en caso de ne-
cesidad tambien fuera de las Iglesias, aunque sea al raso, ó en algun subterráneo; y de decirla, si hubiere necesidad muy urgente dos veces al dia, con tal que en la pri-
mera Misa no haya sumido el Celebrante la ablucion, y se mantenga en ayunas; y tam-
bien en Altar portátil, aunque no esté del todo bien acondi-
cionado, y se halle quebra-
do, ó maltratado, y no tenga reliquias de Santos; y final-
mente de decirla, si no pu-
diere ser de otro modo, no habiendo peligro de sacrile-
gio, escándalo, ó irreveren-
cia, aún en presencia de Hereges y excomulgados;

XII. *Concedendi primò
 conversis ab haeresi, vel
 schismate plenariam, aliis
 itidem quibuscumque
 utriusque sexus Christifide-
 libus ad praedictos Exerci-
 tus pertinentibus, in articulo
 mortis, saltem contritis, si
 confiteri non poterunt, nec
 non in Nativitate Domini no-
 stri Jesu Christi, Pascha-
 tis, Resurrectionis, ac As-
 sumptionis Beatae Mariae
 Virginis Immaculatae festis
 diebus verè poenitentibus,
 et confessis, ac Sacra
 Communione refectis, si-
 militer plenariam omnium
 peccatorum suorum indul-
 gentiam, et remissionem:
 singulis autem Dominicis,
 et aliis festivis diebus de
 praecepto relaxandi iis,
 qui ejus concionibus inter-
 venerint decem annos, et
 totidem quadragenas de
 injunctis eis, seu aliàs
 quomodolibet debitis poeni-
 tentiis, in forma Eccle-
 siae consueta, easdemque
 indulgentias sibi lucrandi.*

XIII. *Singulis secundis*

con tal que el que ayudare á Misa no sea Herege, ni esté excomulgado.

12 La de conceder á los recién convertidos de la Heregia, ó Cisma, Indulgencia plenaria, y remision de todos sus pecados; como tambien á qualesquiera otras personas de ambos sexos pertenecientes á dichos Exércitos en el artículo de la muerte, estando á lo menos contritos, si no pudieren confesarse; y en las festividades de la Natividad de nuestro Señor Jesu Christo, de la Pascua de Resurreccion, y de la Asuncion de nuestra Señora, si estando verdaderamente arrepentidos se confesaren y comulgaren; y la de conceder á los que en los Domingos, y otras fiestas de precepto asistieren á sus Sermones diez años y otras tantas quarentenas de perdón de las penitencias que les hayan sido impuestas, ó que de qualquier modo tuviesen que cumplir, en la forma acostumbrada de la Iglesia, y la de ganar ellos mismos las dichas Indulgencias.

13 La de decir Misa de



feriis cujuslibet hebdomadae Officio novem Lectionum non impeditis, vel eis impeditis die immediate sequenti, celebrandi Missam de Requiem in quocumque Altari, etiam portatili, si aliter celebrari non possit, quae si pro anima alicujus ex pie defunctis dictorum Exercituum, secundum Celebrantis intentionem, celebretur, animae pro qua celebrata fuerit perinde suffragetur, ac si ad Altare privilegiatum celebrata fuisset.

XIV *Defferendi, si in iis Locis versentur ubi ab haereticis, et infidelibus periculum subsit sacrilegii, vel irreverentiae, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem in praedictis casibus retinendi pro iisdem infirmis, in loco tamen apto, atque decenti.*

XV *Induendi (si quandoque in iis partibus degant per quas propter Haereticorum, vel Infide-*

Requiem todos los Lunes del año en que no se rece oficio de nueve lecciones; y si se rezare éste, en el dia inmediato siguiente, en qualquier Altar, aunque sea portátil, si no se pudiere decir de otro modo; la qual si fuere celebrada por el alma de algun individuo de dichos Exércitos, que haya fallecido en gracia, sufragará al Alma, por la qual se aplicare, segun la inteneion del Celebrante, del mismo modo que si hubiera sido celebrada en Altar privilegiado.

14 La de llevar á los enfermos el Santo Sacramento de la Eucaristía ocultamente, y sin luz, si estuviesen en parages en donde haya peligro de que los Hereges, é Infieles cometan sacrilegio, ó irreverencia, y la de custodiarlo tambien sin ella en dichos casos para los mismos enfermos, como sea en parage proporcionado, y decente.

15 La de andar vestidos de Seglares los Sacerdotes así Seculares, como Regulares, si acaso hicieren

lium insultis aliter transire, vel in illis morari non possent) vestibus Saecularibus, licet Sacerdotes, etiam Regulares fuerint.

XVI *Benedicendi quaecumque Vasa, Tabernacula, Vestimenta, Paramenta, et Ornamenta Ecclesiastica, aliaque ad Divinum cultum pro servitio eorundem Exercituum dumtaxat necessaria, et pertinentia, exceptis tamen iis, in quibus Sacra Unctio adhibenda erit, si Subdelegatus Episcopali Dignitate non fuerit insignitus.*

XVII *Reconciliandi Ecclesias, et Cappellas, ac Coemeteria, et Oratoria quomodolibet polluta in illis partibus, in quibus ipsi Exercitus conderint, si ad Locorum Ordinarios commodus non pateat accessus; aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem, ut moris est benedicta: immo etiam magna urgente necessitate, ut Missae Dominicis, et aliis festivis diebus celebrari possint, illa etiam*

mansion en parages, por los quales á causa de los insultos de los Hereges, é Infieles, no se puede transitar ni residir en ellos de otro modo.

16 La de bendecir qualesquiera vasos, sagrarios, vestiduras sagradas, ornamentos, paramentos, y demas cosas pertenecientes al culto divino; pero solo las que sean necesarias para el uso de los sobredichos Exércitos, exceptuadas aquellas cosas, para cuya bendicion se ha de hacer uso del Santo óleo, si el Subdelegado no fuere Obispo.

17 La de reconciliar las Iglesias, Capillas, Cementerios, y Oratorios, que de qualquier modo hayan sido profanados, en los parages en donde dichos Exércitos hicieren mansion, si no se pudiere acudir cómodamente á los Ordinarios Locales; pero ha de ser con agua que haya sido bendita por algun Obispo, ó Arzobispo Católico segun se acostumbra; y en caso de necesidad muy urgente, aunque sea con agua que no esté ben-



a memorato Antistite non benedicta.

XVIII *Praeterea eadem Cappellano Majori per se pariter, vel alium, seu alios ab eo subdelegandos probos, et idoneos Sacerdotes in foro Ecclesiastico versatos, iuxta attestationem, et informationem ab eorum Ordinario, aliisque personis fidedignis per se ipsum Cappellanum Majorem desuper inquirendam omnem, et quamcumque jurisdictionem Ecclesiasticam exercendi in eos, qui in Exercitiis praedictis pro Sacramentorum administratione, nec non spirituali animarum cura, et directione pro tempore inservient, sive Clerici, vel Presbyteri Saeculares, sive quorumvis etiam mendicantium Ordinum regulares fuerint, perinde ac si quoad Clericos Saeculares eorum veri Praesules, et Pastores, quoad Regulares vero illorum Superiores Ge-*

dita por Obispo, ú Arzobispo Católico, á efecto de que se pueda decir Misa en ellos los Domingos, y otros dias de Fiesta.

18 Ademas de esto concedemos á dicho Capellan mayor el que pueda por sí mismo, ó por otro, ú otros Sacerdotes de probidad, é idóneos, que fueren Subdelegados por él, y estén versados en las materias del fuero Ecclesiástico, (lo qual le ha de constar á dicho Capellan mayor por atestado del respectivo Ordinario, ó por informe de otras personas fidedignas) exercer qualquiera jurisdicción Ecclesiástica sobre los que en qualquier tiempo estuvieren empleados en dichos Exércitos para la administracion de Sacramentos, y dirección espiritual de las almas, ya sean Clérigos ó Presbíteros Seculares, ó Regulares, aunque sean de las Ordenes Mendicantes, del mismo modo que si fuesen verdaderos Prelados, y Pastores de dichos Clérigos Seculares, y Superiores generales de los enunciados Regulares, y conocer de to-

nerales essent : omnesque causas ecclesiasticas prophanas , civiles , criminales , et mixtas inter , seu contra praedictas , aliasque Personas in Exercitiis praedictis commorantes ad forum Ecclesiasticum quovis modo pertinentes , etiam summarie , simpliciter , et de plano , sine strepitu , et figura iudicii , sola facti veritate inspecta , audiendi , et fine debito terminandi , contra inobedientes quoslibet ad censuras , et poenas ecclesiasticas procedendi , illasque aggravandi , ac etiam saepius reaggravandi , auxiliumque Brachii Saecularis invocandi.

XIX *Eisdem insuper Christifidelibus in dictis Exercitiis degentibus non solum , sicut in omnibus memoratis , vel singulis Literis ipsius CLEMENTIS Praedecessoris indultum fuerat , licentiam concedendi ovis , caseo , et butyro , aliisque lacticiniis , ac etiam carnibus quadragesimae , et aliis anni temporibus , et diebus , qui-*

das las causas Eclesiásticas, y no Eclesiásticas, civiles, criminales, y mixtas, que se suscitaren entre, ó contra las sobredichas, y demas personas, que residan en dichos Exércitos, y que de qualquier modo pertenezcan al fuero Eclesiástico, aunque sea sumaria y simplemente, de plano, y sin estrépito, ni figura de juicio, atendiendo solo á la verdad del hecho, y terminarlas con sentencia definitiva; como tambien proceder contra los inobedientes con censuras y penas Eclesiásticas, y agravárselas y reagravárselas una, y mas veces, é implorar el auxilio del brazo Seglar.

19 Y tambien el que pueda no solo dar licencia á los dichos fieles Christianos que militan en dichos Exércitos, para comer huevos, queso, manteca de vacas, ovejas, ú otro ganado, y demas lacticinios, y carne en la Quaresma, y otros tiempos y dias del año, en los quales está prohibido el uso de estos alimentos (excepto por lo tocante á la carne los Vier-

bus eorum esus est prohibitus (feria sexta, et Sabbato cujuslibet hebdomadae, ac tota majori hebdomada, quoad carnes exceptis) vescendi, sed etiam, nostrarum praesentium vigore, dictos Militares omnes, cuiuscumque gradus, a jejunii lege iis diebus, quibus carniū esus eis ab ipso Vicario Generali Exercituum hujusmodi permittatur eximendi, exceptis tamen quadragesimae tempore feria sexta, et Sabbato cujuslibet hebdomadae, intra quadragesimam ipsam occurrentis, ac tota majori hebdomada, dummodo tamen in actuali expeditione, et penes castra quadragesimali hoc, et dictae majoris hebdomadae tempore ipsi non reperiantur, quo casu, propter majores illorum labores, ipse Vicarius Generalis eorundem Exercituum a jejunii lege eos valeat liberos declarare; ita tamen, ut dictorum Militarium familiares, et Commensales, licet carnes diebus praedictis ex facul-

nes, y Sábados de cada Semana, y toda la Semana Santa) segun le estaba concedido en todas, y cada una de las Letras del sobredicho CLEMENTE, Predecesor nuestro; sino tambien en virtud de las presentes Letras nuestras, dispensar á todos los dichos Militares, de qualquier grado que sean, de la obligacion del ayuno en los dias, que por el dicho Vicario general de los Exércitos les fuere permitida la comida de carne, excepto los Viernes, y Sábados de la Quaresma, y toda la Semana Santa, á no ser que se hallen en actual expedicion, y en campaña en dicho tiempo de Quaresma y Semana Santa, en cuyo caso, en atencion á sus mayores fatigas, el dicho Vicario general de los enunciados Exércitos podrá declararlos libres de la obligacion del ayuno; pero los Criados, y los Commensales de los dichos Militares, aunque usando de la licencia que les haya concedido el enunciado Vicario general de los Exércitos coman en dichos dias asimismo de car-

tate sibi a Vicario Generali Exercituum tributa comedant, jejunii quidem legem eo etiam tempore servare omnino debeant, et teneantur.

XX Nec non iisdem Militaribus omnibus cujuscumque gradus, qui vel propter tenuitatem stipendii, vel ob Locorum qualitatem, distantiam, et rerum penuriam, uno eodemque die ad propriam necessariam alimoniam ea sibi comparare coguntur, quae, aut reperiri, aut minori pretio assequi possint iis diebus, quibus esus carnum ipsis permissus sit, piscibus quoque simul vescendi.

XXI Ac demum commutandi, relaxandi, dispensandi, et absolvendi respective, prout, et in quantum Episcopis Locorum Ordinariis, juxta Sacros Canones, et Concilii Tridentini Decreta id facere licet, seu permittitur, quoad vota, seu juramenta, et irregulari-

ne, con todo eso deberán y estarán obligados á guardar el ayuno, aún en dicho tiempo.

20 Y asimismo el que pueda dar licencia á todos los dichos Militares, de qualquier grado que sean, los quales, ya por la cortedad del sueldo, ya por las circunstancias y distancias de los parages y escasez de comestibles, se ven precisados á buscar para su propio necesario alimento lo que se puede comprar á menor precio, ó lo que se encuentra, para que puedan en los dias en que les está permitida la comida de carne, comer en un mismo dia, y en una misma comida, tambien pescado.

21 Finalmente el que pueda conmutar, relaxar, dispensar y absolver respectivamente del mismo modo que los Obispos Ordinarios Locales, todo lo que á estos les es permitido por los sagrados Cánones, y por el Concilio de Trento, sobre los votos, y juramentos, irregularidades, y censuras Eccl-



tates, ac Censuras Ecclesiasticas, nempe excommunicationes, suspensiones, et interdicta, nec non quoad omissionem omnium, seu aliquarum ex denuntiationibus, quae matrimoniis Personarum ad praedictos Exercitus pertinentium, et cum illis commorantium contrahendis praemitti deberent, ad septennium a fine dictorum septem annorum a Nobis ultimo loco prorogatorum computandum, ad nostrum, et Sedis Apostolicae beneplacitum, auctoritate Apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

XXII Volumus autem, ut ii Sacerdotes, quos idem Cappellanus Major pro Sacramentis, etiam Parochialibus Militibus, aliisque personis quibuscumque dictorum Exercituum ministrandis, ut praefertur, deputandos duxerit, hujusmodi facultatibus uti valeant in omnibus, et per omnia juxta formam et tenorem praedictarum, ipsius CLEMENTIS Praedecessoris die XIV Martii

siásticas, es á saber, excomuniones, suspensiones y entredichos; y tambien alguna, ó todas las amonestaciones que debrían preceder á los matrimonios, que contraxeren las personas pertenecientes á dichos Exércitos, ó las que vivan con ellas.

22 Y es nuestra voluntad, que los Sacerdotes que el enunciado Capellan mayor tuviere por conveniente diputar para administrar á los Soldados, y á qualesquiera otras personas de dichos Exércitos los Sacramentos, aunque sean Parroquiales, como va dicho, puedan usar de dichas facultades en todo y por todo, segun la forma y tenor de las sobredichas Letras del enunciado CLEMENTE Predecesor nuestro, expe-

MDCCLXIV expedictarum, ac respective Nostrarum praesentium Literarum, et erga Personas dumtaxat, tam in illis, quam in nostris Literis praedictis contentas, et expressas.

XXIII *Ac praeterea mandamus, ut statim atque iidem Sacerdotes, quos Cappellanus Major subdelegaverit ad temporaneas, et accidentales Militum, et Exercituum hujusmodi stationes devenerint, Literas testimoniales, tam super eorum Sacerdotio, quam super sua deputatione, cum facultatibus sibi vigore praesentium concessis pro hujusmodi munere exercendo, Parochis Locorum exhibere debeant, quibus visis, hi non impediant quominus Missam in suis Ecclesiis celebrare, ac in vim earundem facultatum Sacramenta, etiam Parochialia ministrare valeant. Quod si matrimonium inter Personas, quarum altera Militaris sit, seu ad dictos Exercitus pertineat, ibi-*

didat á 14 de Marzo de 1764, y de las presentes Letras nuestras respectivamente; y esto solo con las personas que se hallan contenidas y expresadas, así en las dichas, como en las presentes Letras nuestras.

23 *Ademas de esto, mandamos que los dichos Sacerdotes que nombrare por Subdelegados suyos el Capellan mayor, al instante que lleguen á los parages á donde se hallaren los dichos Soldados, y Exércitos, ya sea de asiento, ya de paso, hayan de exhibir á los Párrocos de los mismos parages, las Letras testimoniales, así de sus Ordenes, como de su nombramiento, y de las facultades, que les hayan sido concedidas en virtud de las presentes, para exercer dicho Ministerio; en vista de las quales testimoniales no les impidan los enunciados Párrocos que celebren Misa en sus Iglesias, y que en virtud de dichas facultades, administren los Sacramentos, aunque sean los Parroquiales. Y si aconteciere que se haya de contraer ma-*



que occasione stationum praedictarum commoretur, altera vero Parocho Loci subdita reperiatur, contra-
hi contingat, eo casu nec Parochus sine Sacerdote hujusmodi, nec vicissim Sacerdos sine Parocho hujusmodi Matrimonii celebrationi assistant, aut benedictionem impertiantur, sed ambo simul, ac aequaliter stolae emolumenta, si quae licite percipi soleant, accipiant, et interesse debeant.

XXIV Non obstantibus Apostolicis ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, nec non Ordinum, quorum Personae hujusmodi professae fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Privilegiis quoque, Indultis, et Lite-

trimonio entre personas, una de las quales sea Militar, ó pertenezca á dichos Exércitos, y que, con motivo de estar en aquel parage la Tropa, resida allí con ella, y la otra sea súbdita del Cura Párroco de aquel parage, en tal caso ni el Cura Párroco, sin intervencion de dicho Sacerdote, ni éste sin intervencion del Cura Párroco, asistirá á la celebracion del dicho Matrimonio, ni dará la bendicion nupcial, sino que han de asistir ambos juntos, y llevar por partes iguales los emolumentos de la Estola, que se acostumbren percibir lícitamente.

24 Sin que obsten las Constituciones, y disposiciones Apostólicas, ni las dadas por punto general, ó en casos particulares, en los Concilios Generales, Provinciales, ó Sinodales; como ni tampoco los estatutos y costumbres de las Ordenes en que hayan profesado dichas personas, aunque estén corroborados con juramento, confirmacion Apostólica, ó con qualquiera otra firmeza; ni los privilegios, indultos,

ris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XX. Aprilis MDCCXC, Pontificatus nostri anno decimo sexto.

R. Cardinalis Braschius de Honestis.

Loco ✠ annuli Piscatoris.

Certifico yo Don Felipe de Samaniego, Caballero de la Orden de Santiago, del Consejo de S. M., su Secretario y de la interpretacion de Lenguas que este traslado de un Breve de su Santidad es conforme á su original, y que la traduccion que le acompaña está bien, y fielmente hecha, lo que hé executado de acuerdo del Consejo. Madrid diez y nueve de Mayo de mil setecientos y noventa. Don Felipe de Samaniego.

y Letras Apostólicas, concedidas, confirmadas, ó innovadas, de qualquier modo, en contrario de lo que va dicho: todas y cada una de las quales cosas, teniendo sus tenores por plena y suficientemente expresados é insertos, palabra por palabra, en las presentes, por esta sola vez, y para el efecto de lo sobredicho, habiendo de quedar por lo demas en su fuerza y vigor, las derogamos especial, y expresamente, y otras qualesquiera que sean en contrario. Dado en Roma, en San Pedro, sellado con el sello del Pescador, el dia 20 de Abril de 1790, año decimo sexto de nuestro Pontificado.

Romualdo Cardenal Braschî Onesti.

En lugar ✠ del sello del Pescador.

*Certificacion del p
se dado
el Conse
de este B
ve.*

Certificacion del pase dado en el Consejo á este Breve.

DON PEDRO ESCOLANO DE ARRIETA, Caballero pensionado de la Real y distinguida Orden Española de Carlos III, del Consejo de S. M., su Secretario, Escribano de Cámara mas antiguo, y de Gobierno del Consejo.

Certifico, que con Real orden de nueve de este mes se ha remitido al Consejo para su pase el Breve, expedido por su Santidad en veinte de Abril próximo, prorogando por otro septénio las facultades del Vicariato general de los Reales Exércitos y Armada, á favor del M. R. Cardenal Patriarca de las Indias, ó los que le sucedan. Y visto por los Señores del Consejo, teniendo presente lo que expusieron los Señores Fiscales, por auto proveido en veinte y siete de este mes, concedieron el pase á dicho Breve, sin perjuicio de las regalías de S. M., y de los recursos de fuerza al Consejo, y demas respectivos Tribunales Reales, en cuyo distrito estuviesen los Subdelegados que conozcan de las causas, conforme á las leyes y Pragmáticas del Reyno. Y para que conste doy esta Certificacion que firmo en Madrid á veinte y nueve de Mayo de mil setecientos y noventa. Don Pedro Escolano de Arrieta. = Es copia del original, de que certifico. = Don Pedro Escolano de Arrieta.

Es copia de la Bula de su Santidad, de su Traducccion por Don Felipe Samaniego, Secretario de la interpretacion de Lenguas, y de la Certificacion dada por D. Pedro Escolano de Arrieta, Escribano de Cámara mas antiguo del Consejo, que originales quedan en la Secretaria del Vicariato general de los Reales Exércitos y Armadas de mi cargo. Madrid cinco de Julio de mil setecientos noventa.

D. Joachîn Garcia
Orovio.

Certificac-
cion del pa-
se dado en
el Consejo
de este Bre-
ve.

DON PEDRO ESCOLANO DE ARRIETA

Caballero pensionado de la Real y distinguida Orden
Española de Carlos III y del Consejo de S. M. su
Escritano de Camara mas antiguo y de Co-
dierno del Consejo: con lo que en virtud de
sus Cédulas, y como con Real orden de nueve de este mes
se ha remitido al Consejo para su pase el Breve, ex-
pedido por su Santidad en veinte de Abril próximo,
prorogando por otro seprénio las facultades del Vis-
tato general de los Reales Ejércitos y Armadas, á la
vor del M. R. Cardenal Patriarca de las Indias, á los que
le sucedan. Y visto por los señores del Consejo, te-
niendo presente lo que expusieron los señores Fiscales,
por auto proveído en veinte y siete de este mes, conve-
nieron el pase de dicho Breve, sin perjuicio de las regu-
las de S. M. y de los recursos de fuerza al Consejo, y
demas respectivos Tribunales Reales, en cuyo distrito es-

tuviesen los Subdelegados que conozcan de las causas
conforme á las leyes y Pragmáticas del Reyno. Y para
que conste doy esta Certificacion que firmo en Madrid
veinte y nueve de Mayo de mil setecientos y noventa
y siete. Don Pedro Escolano de Arrieta. = Es copia del origi-
nal, de que certifico. = Don Pedro Escolano de Arrieta.

Es copia de la Bula de su Santidad, de su Traducion por Don Fe-
lipe Zamuniego, Secretario de la interpretacion de Lenguas, y de la
Certificacion dada por D. Pedro Escolano de Arrieta, Escritano de
Camara mas antiguo del Consejo, que originales quedan en la Secre-
taria del Vistato general de los Reales Ejércitos y Armadas de mi
cargo, Madrid cinco de Julio de mil setecientos noventa.

D. Joseph Garcia
Oroño.



[Faint handwritten signature and scribbles]